

crida quam fatient super scalis palatii comunis, cuiuscunque
condicionis sint, unum frx. tantum; salvo quod de quatuor cri
dis propinquitatis unum vigintinum pro eorum labore. ¶ Item
stare ad minus unus ipsorum in palacio comunis continue, et
ille qui fecerit custodiam in palacio acendere debeat et teneatur 5
lampades comunis, positas unam in sala(m) palatii aliam
sub vecteri logia, sine aliquo premio, et hoc ante cochos, quos
cochos et alias horas consuetas pulsare debeat, ac etiam maius
et minus conscillium, secundum quod ei fuerit inpositum per
dominium, et hoc pena unius grossi pro quolibet et vice qua- 10
libet contrafacta. ¶ Et quilibet preco debeat et teneatur in in-
troitu sui offitii prestare securitatem comuni(s) Tergesti de
libr. vigintiquinque par., et de exercendo eorum offitium lega-
liter, ut in presenti capitulario continetur, et ipsis existentibus
preconibus habeantur et reputentur cives Tergesti, et nullo 15
modo possint renunciare dictum offitium, et si renunciaverint,
dictum offitium infra tres annos habere non possint. ¶ Et
70 A portare continue in suis vestibus // ante et retro lanceam sive
insignam sancti Sergii albam et longam unius spane sutam
in ipsis vestibus, quam si non portarent, potestas eos debeat 20
facere poni ad pignam, et nichilominus ipsam insignam facere
portari. ¶ Item portare debeant unam beretam in capite cum
signo comunis et unum bastonum continue et cotidie palam
et non absconse, etiam pena quadraginta sold. par. pro quolibet
et vice qualibet contrafacta. ¶ Et quilibet ipsorum habere de- 25
beat de camera comunis pro suo salario libras sex par. pro
quolibet regimine iudicum civitatis Tergesti, et duo paria ve-
stium de panno vivi coloris a quatuordecim sold. brachium in
quolibet anno, quarum vestium unum par in nativitate Christi,
aliud in pasca resurrectionis Christi, et quod remaneat in 30
discretionem domini potestatis et iudicum dare dictis preconibus
cuiilibet ipsorum de dictis suis vestibus unum capitogium et
unam tunicam, et totum residuum in denariis; et habere in
mense, causa fatiendi custodiam et causa accendendi lampadas,
unam libram candellarum de sipo. ¶ Item perquirere ad mi- 35
nus duobus diebus in septimana semel in die per civitatem
Tergesti, si aliqui porci essent et per quos teneantur, et quos